



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

8 Idem quod supra num. 6. Locustae copiosae, Deo permittente, terrae fruges absumunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

nis, divina sic flagitante iustitia, in Deum delinquentes plectuntur; nec ab re tam manifestum punitionis genus à Deo unquam iustigitur, ut inquit D. Hieronymus super Malach. relatus in cap. revertimini, §. verbum effusionis. 16. quæst. 1. & ibi Io. de Turr. Crem. numer. 23. & Majol. de admir. nat. reb. colloq. 1. §. experti id sumus, & §. jam hoc pag. 39. 9 & 40.

7 Quæ, † licet ob innumera, eaque capitalia peccata, mortalibus soleant evenire, fit tamen sæpenumero, ut huiusmodi pœnas, ex non facta decimarum solutione luamus. Congruum est enim, ut in quibus delinquimus in illis feriamur arg. l. fancimus. C. de pœn. ut si illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris: dabis impio militi, quod dare negas sacerdoti. Majores enim nostri idèd copiis abundabant; quia decimas Deo dabant: modo autem, quia discessit devotio Dei, accessit inductio fisci, S. Augustinus relatus in cap. tributa, 16. quæst. 1. cap. majores, ubi etiam Archid. num. 3. ead. quæst. 7. & Card. Bellarm. in 2. contro. gener. de cler. c. 52. §. nota tempore, tom. 2. Nec enim debentur decimæ clericis, quia boni sunt, sed quia clerici sunt, prout tributa dantur Regibus, non quia probi, sed quia Reges, Idem Bellarm. eod. c. 25. §. alter error, ver. tertio quia.

8 De hac re † conqueritur propheta Ioel. & quasi memoranda, miraque dicturus ad attentiosem nos invitat auditum, dum ait. Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: Si factum est illud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum: super hoc filiis vestris narrate, filii vestri filiis suis, & filii eorum generationi alteræ. Residuum crucæ

comedit locusta, residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Ioel Proph. in cap. 1. in princip. & Archid. in d. cap. revertimini in fin. 16. quæst. 1. ibi Io. de Turr. Crem. numer. 23. idemque David cecinit. Et dedit æugini fructus eorum, & labores eorum locustæ, Psal. 77.

Alicubi tamen † ad tantum propriæ salutis contemptum ventum est, ut decimas, quæ de jure divino ecclesiis debentur, à clericis earum ministris totis viribus conentur subtrahere diversis modis, etiam violenter, & de facto, ad libitum anfractus tentantes, ut à laicis prædia jusque pascendi in eisdem prædiis ecclesiasticis, & jurisdicção ecclesiastica usurpentur: Unde fit, quod Dei decreta super solutione decimarum, & immunitate ecclesiastica non observentur: ex quo fames & siccitates oriuntur; aliaque mala nos undique circumveniant 3. Reg. cap. 17. & 18. & Rebuff. super concord. sub. rubr. de conclus. Later. conc. in gloss. ver. primò quadam, clerici que pluries, ac pluribus in locis, datis, gabellis, aliisque oneribus directè vel indirectè, indebitè gravantur: Et à Christianis fratribus, (maximè dolendum) ecclesiastica. qua de jure divino gaudere debent immunitate privantur, bonisque, ac juribus ecclesiarum, quæ sunt patrimonium Iesu Christi, ut probavi in c. 9. in si to. 1. sub diversis, & exquisitis modis spoliatur: ac leve peccatum ducunt nonnulli, Prælatos, ne sibi creditam jurisdictionem exercere possint, impedire. Nec desunt magistratus, qui ad talia connivere, & auctoritatem præbere videntur, quos paternè admonuit Card. Baron Quapropter non pauci excommunicationis sententiam à sacris